Ex Libro Privilegior. Capit. Cracov.

189

1250.

Boleslaus Dux, Decimam ex Fodinis Salis Bochnen: Prandothæ Episcopo, et Ecclesiæ Cracoviensi donat.

In Nomine Domini Nostri Jesu Christi Amen. Nos Boleslaus Dei Gratia Dux Cracoviæ et Sandomiriæ una cum Serenissima Matre nostra Domina Grimislava. Notum facimus Universis. Quod recognoscimus Venerabili Patri nostro Domino Prandothæ, Dei Gratia Cracoviensi Episcopo, et per eum Ecclesiæ Cracoviensi, Jus decimæ totius Salis nostri in Bochnia ponentes eam in possessione corporali, cum hoc sibi de Jure Communi competat, sicutt in aliis obventionibus, ejusdem Decimæ suæ, quod decimam Partaginem habeat, sive decimam partem totius partis, sive ad formam majoris Salis, secundum ipsius Episcopi obventionem, promittentes ei justitiam facere per omnia in futurum de decima Salis prædicti, et hoc promittimus plenius in Colloquio proximo publicare. Datum in Colloquio prope Chrober in Vigilia

Sancti Joannis

Sancti Joannis Baptistæ. Anno Domini Millesimo Ducentesimo, quinquagesimo.